

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2818

Auteur(s) : Gilbert de Sartilly [particulier]

Bénéficiaire(s) : Robert de Torigni, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1185

Lieu d'émission : Le Mont-Saint-Michel

Action juridique : autre

Description de l'original : Chirographe (CIROGRAPHUM)

Langue du texte : latin

Chirographe (CIROGRAPHUM)

Analyse

Accord entre l'abbé Robert et Gilbert de Sartilly, et Raoul Randuin, au sujet de l'église de Sartilly.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° LIV, p. 331-333.

Texte établi d'après a

CIROGRAPHUM. — Noverint omnes ad quorum noticiam scriptum presens pervenerit quod, cum Gislebertus de Sartilleio et Radulfus Randuinus questionem in curia domini regis Henrici movissent super presentacione ecclesie de Sartilleio abbati Roberto et conventui Montis Sancti Michaelis de periculo maris, contentio illa amicabili concordia, de partium assensu, sopita est in hunc modum : Gislebertus de Sartilleio et Radulfus Randuinus renuntiaverunt in integrum querele mote in curia regis, et quidquid in illa ecclesia juris et ejus presentacione clamabant omnino abbati et monachis dimissum abjuraverunt. Et propter hanc renunciationem concesserunt abbas et conventus Gisleberto et Radulfo Randuino terram juxta boscum Beveie, que clauditur ab oriente aqua que dividit feudum de Sartilleio a feudo Sancti Michaelis, ab occidente aqua que dividit terram illam et Borgellum Salomonis, ab aquilone terra que tradita fuit Godefrido Bloet, a meridie terra que tradita est Guillermo Minnun, tenendam et feudaliter possidendam de ecclesia Montis per quindecim solidos andegavensis monete, quos annuatim de tenemento illo ecclesie Montis solvent ad festum sancti Remigii. Quod si Gislebertus et Radulfus Randuinus super aquam que dividit Borgellum et terram nominatam vivarium unum aut plura aut molendinum facere voluerint, medietas totius emolumenti et emendationis abbatis et monachorum sine aliquo sumptu quieti erit, medietas vero Gisleberti et Radulfi Randuini. Tenebunt autem Gislebertus et Radulfus Randuinus tenementum istud hoc modo quod Gislebertus et heredes ejus tenebunt principaliter de abbate et monachis, et eis hominum de feudo facient, et redditum memoratum reddent ; Radulfus Randuinus autem et ejus heredes quod in tenemento illo habebunt de Gisleberto et ejus heredibus tenebunt. Quod si ad terminum constitutum singulis annis quindecim solidi redditu non fuerint, poterunt abbas et monachi in vinea quam tenet Gislebertus de eis apud Drageium nammum accipere,

et ipsam terram et boscum in ea nutritum in manum suam recipere, et quousque eis de redditu satisfiat in manu sua tenere. Facta est autem hec conventio apud Montem publice, et post modum in curia domini regis coram senescallo Normannie confirmata, anno ab incarnatione Domini M° C° octogesimo quinto. Testibus : Roberto priore, Guimundo subpriore, Jordano cantore, Guillermo thesaurario, Guillermo ballivo, Guillermo elemosinario, Nicholao infirmario, Matheo clerico, Alano de Sancto Petro, Gaufrido Duredent, Jordano de Cresnei, Hugone Bigoto, Richardo de Angi.